



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Honos & Virtus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

HONOS ET VIRTUTUS CAP. XXXIV.

In quibusdam Vitellii Caesaris numismatib. inveniuntur pulcherimae Honoris ac Virtutis imagines, in quibus Virtus sic est expressa; Juvenis galeatus cum pennis supra galeam, hastam sinistra, sceptrum dextra tenens, ocreas habens, & sub dextro pede te studium, Honorem, qui muliebri forma est expressus, intuens. Habet autem caput galeatum, ut fortitudine ad Virtutem opus esse indicet, quo nos ab imminentibus insidiis tutemur, eandemq; ob causam hastam habet: pennae vero vel crista ingenii acumen significant & sublimitia cogitanda. Sceptrum potestatem vitiorum dommandorum, & cupiditatum frandandarum. Ocreae duplicem habent significationem, primum, quod qui Virtutem sectantur, semper ad locum, si opus sit, Virtutis exercendae causa, mutandum parati esse debent. Deinde, quia pedes & crura imbecillitatem, quam ex hoc terreo corpore suscipimus, quae nos cupiditatum ictibus obnoxios reddit Prudentia, cujus symbolu est testudo, quam sub pede habet, diligenter muniamus, sicque gressus nostros dirigendos, Prudentia duce, ut ne nosmetipsos in peccandi necessitatem conjiciamus, semperq; in omnibus rebus honorem spectandum & intuemum, non autem opes. Honos muliebri potissimum forma depingitur, quod mulieres maxime honoris studiosas esse deceat. Est autem seminuda mulieris imago, propter opum contemptionem: eademq; cornucopiae gestat, & galeam pede premit, quia ex Virtute omnium rerum copia provenit, & virum in Honore propter Virtutem constitutum omnes venerantur.



Honoris & Virtutis imago, ejusque explicatio. *Vigna à viro.* Eadem *Pier. de Galea li. 42* Et propter celebritatem. *Pier. lib. 27. mementum assignat, quod respondet prudentia.*

HECATE. LUNA. CAP. XXXV.

Unam sub Hecates imagine pingebant, propter varias ejus corporis figuras. Hecate enim cum tribus capitibus pingitur, quorum sinistrum Equi est, dextrum Canis, medium Hominis. Luna n. ex Solis distantia varias figuras sumere videtur, & cum novilunium pingere volebant, candidis vel aureis vestibus induta, & ardente faciem tenentem eam faciebant: cum media ostendere volebant, eam in manu ponebant, quia crescentelumine fruges maturat. Plenilunium autem virtutem ferrugineo colore denotarunt, tuncque ramum Laureum & Papaver manum tenere fingebatur: ramum quidem Laureum, quoniam a Sole ignea sit: Laurus enim Soli consecrata est; Papaver vero propter fertilitatem multitudinemque animarum, quae in ea, tanquam in civitate habitare putabantur. Duplicem enim tellurem Aegyptiorum Philosophia statuebat superiorem unam, inferiorem alteram superioremq; per tellurem Lunam esse putabant, inferiorem vero hanc frugum procreatricem, quoniam mortales habitant: illam ita animas corpore solutas incolere putabant, quia cum Aegyptii, ex Hebraeorum, a quibus multa didicerunt Theologica, esse quandam focum, in quem animae a corpore solutae transigunt, ibique beatorum sedes esse, & multa gratere de celesti illa patria, & sancta civitate ejus.



nas. *Comas lib. 3. Myth 6. 25.* Hecates hieroglyphicum.

Auſtor. *Xenophanes Tellus duplex Aegyptiorum.*

Aaaa 3 te ejus